

Aristoteles

**ARISTOTELIS || ETHICORVM AD NI=||COMACHVM LI-||BER QVIN-||CTVS.|| DE  
IVSTITIA ET IVRE.|| M. ANTONIO MVRETO || interprete.||**

Rostock: Lucius, Jakob d.Ä., 1570

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn879445335>

Druck    Freier  Zugang





B. 80

22. 11.

C. 3388.  
C. H. C. 3180.

XXX

Staatsbibliothek  
LA  
ET

Illustrissimo Megapolensium Duc  
ARISTOTELIS  
ETHICORVM AD NI  
COMACHVM LI  
BER 2VIN  
CTVS. Alberto  
Joanni Alberto  
DE IVSTITIA ET IVRE.

M. ANTONIO MURETO  
interprete.



ROSTOCHII  
Ex Officina Iacobi Lucij Transyluani.  
Anno CIC CI LXX.

Joan. Caseling  
Am Berlin



IOANNES CASELIUS  
AUDITORIBVS  
SVIS  
S. D.

**E**quidem vos laudo  
et amo plurimum,  
adolescentes opti-  
mi, qui auctoritas  
te atq; opera nos-  
tra, & Græcum  
sermonem pluris quotidie facitis, diliz-  
genterq; addiscitis, et optimas atq; ma-  
ximas Aristotelis doctrinas singulari-  
studio cognoscere laboratis: has potis-  
simum, quæ animos nostros à multa  
labe expurgant, nosq; ad cætus morta-  
lium rectè beateq; colendos quam ple-  
nissime instruunt. Cum enim omnis  
Philosophia admirabilis sit & diuis-

A 2 na,

na, neq; eius, cui nomen dedimus, & veluti sacramento nos obstrinximus, illa pars à nobis sine scelere possit negligi: tum hanc, quæ ad rerum priuatarum publicarumq; in vita salutem confert maxime, cum primis, & nostro & patriæ nomine, tractandam nobis esse, cum viris doctissimis, ipsoq; parente Philosophorum Socrate sentio. quin, si hanc ipsam stulte superbeq; despiciemus; futurum est, ut vel à reliqua Philosophia excidamus; vel, quantumuis profecerimus, id minime ad societatem mortalium iuuandam atq; ornandam; sæpe vero quoq; in perniciem conuertamus. Quantum autem conferat doctrina ad indolem ingenuam, aut etiam mediocrem informandam, neque obscurum est, & sæpenero à me apud vos disputatum: et si, neq;

neg<sup>is</sup> enim inficiamur, primas hic par-  
tes tenet educatio à puero, & ad mo-  
rum bonitatem accurata adiuetatio:  
quæ tamen cum initio egent doctrinas  
tum eādem perficiuntur. Perseuerate  
igitur in utroq; studio, quod ita præ-  
clare inchoastis: siquidem et illud cum  
necessarium est, tum iucundum. Est  
enim reuera sermo ille, aurea arcula,  
qua Musæ adseruant vñiones suos, hoc  
est sapientiam. Nos verò conatus ve-  
stros, vt hactenus fecimus, adiuuabi-  
mus sedulo: cūque amplissimas doctri-  
nas vobis explicare, sumæ laudi nobis  
ducamus, nostriq; muneris hoc potis-  
simum non nimis gloriose, vt arbitror,  
iactemus: tum vt in altero etiam, lis-  
cet id paullo sit inferius, in vestram  
vtilitatem atq; gratiam conemur plus  
rimum; id vero tale est, quod neg<sup>is</sup> de-  
cere,

A 3

decere,

decere, neq; pudere hominem eruditissi-  
mum, nedium me, qui in mediocribus  
numerari cupio; debeat, aut etiam pos-  
sit. Quam autem minime desiderari  
diligentiam meam passus fuerim; &  
ego sane scio, & vos, ad quos aliquid  
inde utilitatis redierit, recordamini.  
Ceterum quod librum de Iustitia &  
Iure Latine edendum curaui, & ad  
hanc interpretationem disputationes  
nostras instituam: id vobis non erit in-  
commodum; (suo namq; loco, quod  
præterea requiri à me poterat, præsta-  
bo.) mibi autem commodum est; forte  
etiam præter nos alijs. Et enim toti  
erimus in rerum explicatione; & alijs  
una vobiscum, vici enim sunt velle  
aliqui, nos audient; simul vero etiam  
vos intuebimini huius generis perquā  
nobile exemplum. Quantum enim fie-  
ri pos-

ri potuit, tantum & conatus & fe-  
liciter assecutus est in interpretatione  
bac M. Antonius Muretus, amicus  
noster, vir & eloquentissimus, & ma-  
ximo nobilissimarum scientiarum  
præsidio instructissimus. quæ res meo  
testimonio non eget. Testes enim sunt  
locupletissimæ, Venetiæ; ubi cū sum-  
ma omnium admiratione bonas littor-  
as satis diu docuit. Nunc vero etiam  
Roma testis est, quam hodie, & ipse  
& Paullus Manutius, præter cæteros  
viros clarissimos non postremo loco il-  
lustrant. Sed quid ago? In re videlicet  
quam nemo ignorat, nullo testimonio  
opus est. Vos valete: nostrisque la-  
boribus feliciter fruimini. Rosto-  
chij. Id. April. Anno

M. D. LXX.

A 4

ARI.

ARISTOTELIS ETHI-  
CORVM AD NICOMA-  
CHVM LIBER  
2VINCTVS.

M. ANTONIO MURETO  
interprete.

**D**E iustitia autem & iniustitia querendum est: tum cuiusmodi in actionibus sitae sint, tum cuiusmodi mediocritas iustitia, & ius quarum rerum medium sit. In his autem rebus exquirendis eandem viam rationemq; teneamus, qua in superioribus secuti sumus. Videmus igitur omnes iustitia nomine eiusmodi quendam habitum significare velle, quo homines propensi sunt ad agenda, quae iusta sunt, quoq; ea & agunt, et volunt. eodemq; modo iniustitiam dicere habitum, quo res iniustas & agunt & volunt. Quocirca nobis quoq; principio posita sint hac ad naturam viriusq; adumbrandam. neg; enim eodem

codem modo se res habet in scientijs facultatibusq; & in habitibus. nam facultas quidem & scientia videtur eadem contrariorum esse: at non idem habitus contrariorum. exempli caussa, à bona valetudine ea tantum efficiuntur, quæ ipsi conuenientia sunt, non etiam quæ contraria. Dicimus enim valenier ambulare aliquem, cum ita ambulat, ut is qui bene valet. Sæpe igitur contrary quidem habitus ex contrario. s'ape etiam ipsorum habituum ex rebus quæ ei subiecta sunt cognitio capitur. Nam & si bona corporis habitudo nota sit, mala quoq; nota fit: & ex bene habitis corporibus bona corporis habitudo, ex ipsaq; viciſſim bene habita corpora. Si enim bona habitudo est carnis soliditas: malam, esse carnis raritatem necesse est, & bene habitum id, quod habet vim efficiendæ soliditatis in carne. Consequitur autem plerumq;, si altera pluribus modis dicantur, ut & altera quoq;. Ut si iustum, etiam iniustum. Videtur autem multis modis dici iustitia & iniustitia: Sed quia pro-

A s

pinquæ

pinqua est homonymia ipsarum, latet:  
neg, ita, ut in ijs quæ longe distant, perspi-  
cua est. magna enim est formæ dissimili-  
tudo, ut constat κλῆδα vocari homonymos,  
& ingulum, et clauim. Sumptum igitur ac  
positum sit, quo modis dicatur iustus. Vide-  
tur autem iniustus esse, & is qui legi non  
paret, et is qui plus sibi sumit quam par est,  
neg, conseruat aequalitatem. Vnde constat  
iustum quoq, fore, tum cum qui legi obtem-  
perat, tum eum qui conseruat aequalita-  
tem. Quare iustum quidem est, tum id  
quod lege prescribitur, tum id quod aequa-  
le est: iniustum autem, tum id quod aduer-  
sum legem committitur, tu quod in aequale  
est. Quando igitur iniustus pluris quam  
par est, auidus est: in bonis hac ipsius af-  
fectio cernetur: non tamen in quibuslibet:  
sed in ijs demum, in quibus prospera aduer-  
sa fortuna. quæ sunt illa quidem semper  
simpliciter & absolute bona: sed huic aut  
illi non semper. Homines autem ea &  
optant & persequuntur at non ita oportet,  
sed optare quidem, ut ea quæ simpliciter  
bona

bona sunt, sibi quoq; bona sunt. sequi au-  
tem ea, quae sibi bona sunt. At iniustus  
non semper id quod plus est sequitur, sed  
& id quod minus, in ijs quae simpliciter  
sunt mala. Verum quoniam videtur &  
minus malum quodammodo bonum esse.  
pluris autem cupiditate in bono dicimus:  
propterea videtur in quoq; pluris cupidus  
esse. est autem iniquus (hoc enim comple-  
ctitur, & commune est) & contra legem  
facit. Quando autem, qui contra legem fa-  
cit, iniustus est qui vero ei obtemperat iu-  
stus: perspicuum est, omnia legitima iusta  
quodammodo esse. nam & ea quae à scien-  
tia legum ferendarum definita sunt, legi-  
tima sunt, & eorum unumquodq; iustum  
esse dicimus. Leges autem omnibus de  
rebus publice loquuntur, spectantes,  
aut id quod communiter omnibus utile  
est, aut id quod optimatibus, ijsue qui  
principatum in ciuitate obtinent, seu  
propter virtutem, seu quo alio tali mo-  
do. Quare uno quidem modo iusta  
ea dicimus, quae ad felicitatem, eiusq;  
partes

partes ciuili societati conficiendas ac con-  
seruandas valent. Imperat autem lex, &  
ea facere, quae sunt foris viri, ut non dese-  
rere ordinem, neq; fugere, neq; abijcere ar-  
ma: & qua temperantis, ut non facere  
adulterium, neq; aliena pudicitia illude-  
re: & qua mansueti, ut non percutere,  
neq; maledicere: itidemq; in ceteris vir-  
tutibus ac virtujs, illa quidem iubens, hac  
autem prohibens: recte quidem ea, quae te-  
mtere inconsiderateq; lata. Hac igitur iu-  
stitia est illa quidem perfecta virtus, non  
samen simpliciter, sed ad alium relata.  
Ideoq; sapissime iustitia virtutum pra-  
stantissima videretur: ac neq; bepperus, neq;  
lucifer ita admirabilis esse. Et in prouer-  
bio est:

*Iustitia in se virtute amplectitur omne.*

Et eo maxime perfecta virtus, quoniam  
perfecta virtutis usus est. perfecta  
autem est, quoniam qui ea praeditus  
est, etiam in alium virtute uti potest, non  
santur ipse secum. Multi enim suis qui-  
dem

dem in rebus virtute viri queunt. in ijs au-  
rem que ad alium pertinent, non queunt.  
& propterea recte à Biante dictum vide-  
tur. Magistratus virum patefaciet. nam  
qui magistratum gerit, alium iam spectat,  
& in vita communione versatur. Atq; ob  
eam ipsam causam, iustitia, una ex vir-  
tutibus alienum esse bonum videtur: quo-  
niam ad alium periret. ea enim agit, quæ  
alijs vilia sint, ut principi, aut communi.  
Ergo pessimus quidem ille est, qui impro-  
bitate & in seipsum, & in amicos: opti-  
mus autem, non qui in seipsum, sed qui  
erga alium virtute vicitur. id enim diffi-  
cile est. Hec igitur iustitia non pars vir-  
tutis, sed tota virtus est: nec quæ ei ad-  
uersatur iniustitia, pars vitiositatis, sed  
tota vitiositas. Quid autem virtus, &  
hec iustitia inter se differat, constat ex ijs  
quæ diximus. est enim eadem quidem,  
sed non eadem utriusq; ratio. nam qua-  
ratione ad alium pertinet, iustitia est: qua-  
ralis quidem habitus est, simpliciter vir-  
sus. Quærimus autem eam iustitiam, quæ  
pars

pars virtutis est. est enim quedam, ut  
dicimus, itidemq; de iniustitia ea, quæ  
pars est vitiositatis. Esse autem, id argu-  
mento est, quod qui agit aliquid eorum,  
quæ ad cætera vicia pertinent, iniuste qui-  
dem ille facit, sed nihil amplius conse-  
quitur. ut is qui clypeum per ignauiam abie-  
cit, aut asperitate ductus est ad maledi-  
cendum, aut illiberalitate, ne pecunia iu-  
uaret alium, retardatus. cum autem plus  
aliquid consequitur, sæpe nullo tali vicio  
peccat: at ne omnibus quidem. & aliquo  
tamen. vituperamus enim eum: idq; in-  
iustitia nomine. Est igitur alia quedam  
iniustitia, ut pars quedam totius: & iniu-  
stum quoddam, pars illius totius iniusti-  
quo, quidquid contra legem sit, contine-  
tur. Præterea, si duorum vñus quidem lu-  
cri cauſa cum aliena uxore rem habeat,  
et insuper aliquid mercedis accipiat aliet  
autem id faciat cum sumptu ac detrimen-  
to suo, ut cupiditatem expleat: hic quidem  
intemperans potius, quam pluris auidus,  
esse videatur: ille autem iniustus, sed non  
intem-

intemperans. constat autem id ex eo euenire, quod lucrum facit. Præterea, omnia alia iniuste facta referimus semper ad aliquod vitium: ut si quis adulterium fecit, ad intemperantiam: si eum qui sibi proximus erat in acie, deseruit, ad timiditatem: si percußit, ad iram. at si lucrum fecit, ad nullum vitium, præterquam ad iniustitiam. Vnde constat, præter totam illam iniustitiam, alia quandam esse illius partem synonymam, quoniam utriusq; definitio in eodem genere est: ambarū enim vis est in quadam relatione ad alium. sed hæc quidē in honore, aut pecunijs, aut salute, aut si quo uno nomine possimus hæc omnia complecti, cernitur: & in ea volupitate, quæ capit ex lucro: illa vero, in yjs omnibus in quibus versatur vir bonus. Non unā igitur esse iniustitiam: & esse aliam quandam, præter eam, quæ tota virtus est, constat. quæ autem ea, & cuiusmodi sit, intellegendum est. Duobus modis iniustum dici ostendimus: tū quidquid contra legem fit, quod ab aequalitate discedit: itemq; iniustum,

iustum, & quidquid ex lege sit. & quod  
a<sup>equale</sup> est. Cum igitur iniustum priori illo  
modo accipimus. tum ea, de qua prius di-  
ctum est, iniustitia existit. Quoniam autem  
ab aequalitate discedere, & contra legem in-  
facere non est idem: sed eorum alterum  
habet eam rationem, quam pars ad totum  
(nam facit quidem contra legem quicumque  
ab aequalitate discedit: sed non quicumque  
contra legem facit, ab aequalitate discedit)  
fit etiam, ut, iniustum, & iniustitia non  
eadem sint, sed alia ab illis: sintque hanc qui-  
dem, ut partes: illa vero, ut tota. Pars  
enim est hanc iniustitia totius iniustitiae:  
codemque modo hanc iustitia illius iustitiae.  
Quare de ea iustitia et iniustitia, quae par-  
tium rationem obtinent, itidemque de iusto  
& iniusto dicendum est. Ergo iustitia illa  
quidem, quae per totam virtutem perti-  
net, & iniustitia, quarum illa omnis vir-  
tutis, hec omnis viti<sup>ū</sup> erga alium usus est,  
omittatur. nam & quae ex eis iusta iniu-  
stiaque sunt, quomodo definienda sint, con-  
stat. Fere enim pleraque eorum, quae prescri-  
buntur

buntur legibus, sunt ea ipsa officia, quae ex  
omni virtute ducuntur. Vnicuique, enim  
virtuti conuenienter vivere iubet lex:  
vnumquodque vitium sequi vetat. Totius  
autem virtutis efficientia sunt ea praecep-  
ta legum, quibus disciplina ciuium ea,  
qua rem publicam spectat, ad eamque dirigitur, con-  
tinetur. Sed de priuata cuiusque disciplina,  
qua quis simpliciter & absolute vir bonus  
est, utrum ad ciuilem facultatem, an ad  
aliam quandam pertineat, posterius dispu-  
randum erit. Non enim fortassis idem est  
bonum virum esse, & bonum ciuem quo-  
cumque in loco. Iustitiae autem illius, qua  
virtutis est pars, & eius, quod ex ea iu-  
stum dicitur, vnum quidem genus est,  
quod cernitur in distribuendo honore, aut  
pecuniis, alijsue rebus quae diuidi possunt,  
inter eos qui eiusmodi recip. communione  
coniuncti sunt. In ipsis enim fieri potest, &  
ut alter altero plus minusue, & ut eam  
vterque partem ferat. alterum, quo negotia,  
qua in trahunt homines, dirigun-  
tur. Huius autem partes sunt due. Nam

B

eorum

eorum, quæ inter se homines contrahunt, quædam sponte fiunt, quædā inuite. Sponte quidem, quæ talia sunt, ut venditio, emptio, mutuum, fideiūsio, commodatum, depositum, locatio, & conductio. Sponte autem fieri dicuntur, quoniam talium negotiorum principium sponte instituitur. Eorum autem, quæ fiunt inuite, partim clandestina sunt, ut furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, serui alieni deceptio, aut corruptio, per insidias allata nex, falsum testimonium: partim violenta, ut verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio, maledictum, contumelia. Quando autem, & iniustus inæqualis est. & iniustum inæquale: constat esse, & medium aliquid inæqualis. id autem est aequalis. Quacumq; enim in actione est plus et minus est & aequalis. Si igitur iniustum, inæquale est. iustum aequalis esse oportet. quod & videtur omnibus, etiam si ratio, cur ita sit, non afferatur. Cum autem aequalis medium sit, iustum quoq; medium quoddā erit. est autem aequalis, quod minimum sit, in duobus

duobus. quare necesse est, iustum, quod &  
medium, & aequale est: & ad aliquid re-  
ferri, et aliquibus tale esse. Ac qua quidem  
medium est, quorundam est: ea vero sunt  
plus, & minus. qua autem aequale est. in  
duobus cernitur: qua deniq<sup>s</sup> iustum. qui-  
busdam, & ad alios relatum. Necesse igi-  
tur est, iustum, quod minimum sit in qua-  
tuor versari. Nam & quibus iustum est,  
duo sunt: et ea in quibus, duo. Eademq<sup>s</sup> erit  
aequalitas. & ijs quibus, & ijs in quibus.  
ut enim altera inter se affecta sunt: sic &  
altera. Si enim aequales non sint. aequalia  
non habebunt. immo vero, inde existunt  
pugnae, et expostulationes. cū aut qui aqua-  
les sunt. non aequalia: aut qui non aequales.  
aequalia ferunt, & ex distributione conse-  
quentur. Praterea ex eo quod pro dignita-  
te sit, idem aperte colligitur. Omnes enim  
fatentur in distributionibus, id quod iustū  
est: pro dignitate esse oportere. Ipsam  
tamen dignitatem non eadem in re omnes  
collocant. Sed ij quidem, qui popularem  
statum reipublicæ probant. in libertate:

qui paucorum potentiam in diuinitatis, aut  
in nobilitate: qui optimatum in virtute.  
est igitur iustum, analogum quiddam. ana-  
logum enim non tantum proprium est nu-  
meri monadici: sed omnino numeri. ana-  
logia enim est aequalitas proportionum:  
idque quod minimum sit, in quatuor. ac di-  
iunctam quidem in quatuor esse, manife-  
sto apparet. sed & continens. uno enim ut  
duobus vtitur, & bis dicit. exempli caussa  
ut prima ad secundam: sic secunda ad ter-  
tiam. bis igitur dicta est secunda. Itaq; si  
bis ponatur secunda, quatuor erunt analo-  
ga. est autem & iustum, quod minimum  
sit, in quatuor: & eadem ratio. distans  
enim similiter, quibus, & quae. erit igitur  
ut primum extremum ad secundum, sic  
tertium ad quartum. & viceversum igitur,  
ut primum ad tertium. sic secundum ad  
quartum. Itaq; & totum ad totum, quod  
quidem distributio copulat. ac si quidem  
sic componantur, iuste copulat. copulatio  
igitur primi extremi cum tertio, et secun-  
di cum quarto est ius illud quod in distri-  
butione

butione versatur ac medium. analogum  
enim medium est ius autem analogum:  
Vocant autem mathematici tale analogi-  
am geometricam. in geometrica enim eue-  
nit, ut et totum ad totum eandem ratio-  
nem habeat, quam utrags pars ad alteram.  
Non est autem continens hac analogia.  
non enim fieri hic potest, ut idem numero  
sit extreum, cui, et quod. Ius igitur hoc  
analogum est: iniustum autem, quod non  
est analogum. est autem alterum plus, alte-  
rum minus. quod quidem euenit etiam in  
rebus ipsis. Nam qui iniuriam facit, plus  
boni consequitur: qui accipit, minus. in  
malo autem contra. nam minus malum,  
comparatum ad maius, boni rationem ob-  
zinet. est enim minus malum magis expe-  
tendum maiori. expetendum est autem bo-  
num, et magis, maius. Hoc igitur unum  
iuris genus est. Reliquum est alterum, in  
corrigendo situm: cui locus est in ijs, que  
homines inter se, tum sponte, tum inuiti  
contrahunt. Huius autem iuris alia que-  
dam ratio est, quam superioris. Nam illud

B 3

quod

quod in rerum communium distributio-  
ne possum est, semper retinet eam quam  
diximus analogiam. Et enim, si commu-  
nis pecunia distribuenda sit, eadem pro-  
portio seruanda erit, quam inter se ha-  
bent ea, quae à quoq; illata sunt: & iniu-  
stum illud, quod huic iuri aduersatur,  
est, quod non retinet proportionem. Hoc  
autem ius, quod in contrahendis negotijs  
situm est. aequale quidem est quiddam:  
& iniustum inaequale. non ad illam ta-  
men analogian, sed ad Arithmeticam. ni-  
hil enim refert, vir bonus hominem nihili,  
an homo nihili virum bonum fraudae-  
rit: neq; adulterium fecerit vir bonus, an  
is qui nulli rei est. Sed in ipsam tantum  
damni differentiam intuetur lex: ut  
turque ijs ut aequalibus: si ille quidem in-  
iuriam facit, hic autem iniuria afficitur:  
& si ille quidem laesit, hic autem laesus est.  
Itaque iniustum illud, cum inaequale sit,  
index ad aequalitatem perducere conatur.  
siquidem & cum hic percussus est, ille  
percussit, aut etiam interfecit, hic au-  
tem


rem mortuus est. diuisa est perpeſio, &  
actio in partes inæquales. at conatur eam  
damno ad aequalitatem perducere, de lucro  
detrahens. Dicitur enim proprie loquendo  
etiam in eiusmodi rebus ( quanquam qui-  
busdam ſatis proprium ei ad eam rem  
aptum nomen non videtur.) lucrum, ut in  
qui percuſit. & damnum, in eo qui per-  
cuſus est. ſed tum demum, cum dimenſa  
eft perpeſio, vocatur alterum quidem  
damnum, alterum autem lucrum. Itaq;  
pluris & minoris aequale medium eſt. lu-  
crum autem & damnum alterum plus eſt,  
alterum minus, contrarie. boni quidem  
plus & mali minus, lucrum: contrarium  
autem, damnum. Inter quæ medium eſt  
aequale, quod iustum eſſe dicimus. Ergo ius  
quidem id quod corrigendi vim habet,  
medium eſt inter damnum et lucrum. quo-  
circa cum aliqua de re ambigunt, ac con-  
trouerſantur ad iudicē configuunt. Ire au-  
tem ad iudicem, eſt, ad ius ipſū ire. Iudex  
enim ſi hoc nomen tueri ac ſuſtinere vult,  
eſt quaſi ius animatū. & querunt iudicem

B 4

medium.

medium. ac vocant eos nonnulli media-  
nos. vt. si medium assequantur. ius suum  
assequuntur. Ius igitur medium quiddam  
est: si quidem & iudex. Iudex autem ex-  
equat: & vt. si linea in partes inaequales  
diuisa sit, quo maior pars dimidiam supe-  
rat, id aufert, & addit ad minorem par-  
tem. cum autem bifariam diuisum est to-  
rum, tunc aiunt se suum habere, cum  
aqua partes acceperunt. aequale autem  
medium est maioris & minoris ad analo-  
giam arithmeticam. arg ob id ius à græcis  
dicitur d'ixoup, quoniam est d'ix, id est  
duas in partes aequales diuisum, vt si quis  
dicat d'ixoup: & ab ijsdem iudex vocatur  
d'ixasis, quasi d'ixasis. Si enim duorum  
equalium ab altero ablatum aliquid sit, &  
additum ad alterum fit vt duobus tantis  
maiis sit alterum, si enim detractum mo-  
do esset, non autem additum uno tantum  
maiis esset. medio igitur maius est, uno  
& medium eo, à quo ablatum est, uno. hæc  
igitur nobis nota erit ad cognoscendum,  
quid tum auferre oporteat ab eo, qui plus  
habet,

habet, sum addere ei, qui minus. quo enim quis medium superat, hoc addere oportet ei, qui minus habet: quo autem medium superatur, id auferendum à maximo. Sunt tres linea & inter se aquales,  $\overline{AA}$ ,  $\overline{BB}$ ,  $\overline{CC}$ . ex linea  $\overline{AA}$  detrahatur pars  $\overline{AE}$ , & addatur ad  $\overline{CC}$ , sitq;  $\overline{CD}$ . Ita tota linea  $\overline{DCC}$  lineam  $\overline{EA}$  superat parte  $\overline{CD}$  & parte  $\overline{CF}$ . ergo & lineam  $\overline{BB}$  parte  $\overline{CD}$ .



Tralata autem sunt hec nomina, damnum & lucrum, ex eo quod sponte contrahitur. nam habere plus suo, lucrum facere dicitur: minus autem, quam principio, damno affici: ut in venditione & emptione, alijsq; quae per legem fieri possunt. quod


B s sineq;

si neg<sub>3</sub> plus neg<sub>3</sub> minus, sed ipsa ex se ipsis  
effecta sint. sua se habere aiunt, ac neg<sub>3</sub>  
damnum, neg<sub>3</sub> lucrū facere. Itaq<sub>3</sub> lucri cu-  
iusdam & damni, medium est ius in ijs,  
qua<sup>e</sup> non sponte contrahūtur: quod tantum  
habet uterq<sub>3</sub> contrahentium posterius:  
quantum prius habuerat. Videtur autem  
quibusdam & vītīs πεπονθός, id est talio, siue re-  
ciproca quedam perpessio, ius esse simpliciter  
et absolute, ut Pythagorei dixerunt. de-  
finiebant enim simpliciter ius talionem.  
Talius autem, neg<sub>3</sub> ad id ius, quod in distri-  
buendo neg<sub>3</sub> ad id, quod in corrigendo sitū  
est, accommodari potest, quamquam volunt  
Rhadamanthys quoq<sub>3</sub> id ius fuisse.

Tū fuerit lex recta, ferat si quisq<sub>3</sub> quod egit.

Multis enim locis consonum non  
est. Ut si quis magistratum habens, per-  
cus<sub>3</sub> sit alium, non oportet eum vici<sup>3</sup> sim  
percuti. & si quis magistratum percus-  
sit, non percuti modo eum oportet, sed  
& puniri. Praeterea, multum interest id  
quod sponte fit, & quod inuite. sed in com-  
munitatibus rerum, ulro citroq<sub>3</sub> permu-  
tanda-

tandem id ius, quod talio dicitur, continet societatem analogia, non autem aequalitatem. Factis enim proportione reciprocis manet coniunctio ciuitatis. Aut enim querunt, quod sibi malefactum est, reponere. seminminus, seruitus esse videtur: aut quod boni seminminus, tollitur officiorum vicissitudo. officiorum autem vicissitudine sit, ut una maneat. quo circa & Gratiarum templum in propatulo statuunt, ut sit remuneratio. Id enim gratiae proprium est. vicissim enim officio aliquo demereri operet eum, qui gratificatus est. & ipsum denuo aliud gratificandi principium facere. efficit autem remuneracionem analogiae consentaneam coniunctio per diametrum. verbi causa sit architectus ubi A, sutor ubi B, domus ubi C, calceus ubi D.




Oportet igitur architectum à furore  
opus illius accipere, & vicissim ei suum  
dare. Ergo si primum ex aequata fuerint  
hac ad analogiam, deinde fiat  $\alpha\bar{v}\bar{i}\pi\pi\pi\bar{o}\bar{v}\bar{\theta}\bar{o}$ ,  
id est mutua acceptio, erit quod dicitur:  
sicut minus, non aequum est, neg. consistere  
potest. nihil enim prohibet praestantius esse  
unius opus opere alterius. oportet igitur hac  
ex aequari. hoc autem locum habet etiam  
in alijs artibus. tollantur enim funditus.  
nisi & is qui facit, faciat tantum & tale.  
& is qui accipit, accipiat hoc, & tantum,  
& tale. non enim ex duobus medicis con-  
stat societas: sed ex medico et agricola, om-  
ninoq; alijs, & non aequalibus. sed eos ex e-  
quari oportet. quare oportet omnia, quorum  
permutatio est, quodam modo comparabi-  
lia esse, cuius rei caussa nummus in usum  
venit: qui quodam modo mensura effici-  
tur omnium rerum. omnia enim metitur.  
Ergo & quanto quaque res pluris minoris  
sit: & quot calcei domum aut alimentum  
adaequant. Oportet igitur quam rationem  
habet architectus ad furorem, tot calceos  
cum

cum domo aut alimento comparari. nisi  
enim id fiat, non erit permutatio, neq; com-  
munitas. id autem non erit, nisi quodam  
modo equalia sint. quare oportet unam  
aliquam esse communem omnium rerum  
mensuram, ut prius dictum est. ea autem  
est reuera quidem indigentia, quæ omnia  
continet: si enim nullius rei indigeant, aut  
non similiter aut non erit permutatio, aut  
non eadem. Successit autem nummus quasi  
compatto in indigentia locum: ob idq; vo-  
catur nomisma, quod non natura, sed vobisq;  
id est lege, valet: & in nobis est mutare  
cum atq; inutilem efficere. erit autem mu-  
tua illa accepiio, cum ex aquata erunt om-  
nia, ut quam rationem haber agricola ad  
sutorum, eandem habeat opus sutoris ad  
opus agricole. In figuram autem analogia  
ducendi sunt, cum permutatur erunt.  
alioqui alterum extreum viramq; exu-  
perantiam habebit. sed cum sua habent,  
sic tamen sunt aequales, & ad communita-  
tem apti: quoniam hac equalitas in ipsis  
effici potest.

agricola

agricola

sutor



alimentum

opus sutoris ad-  
equatum cum ali-  
mento.

Sublata autem hac accipiendi viciſſi-  
tudine, tolleretur vite communio. Indi-  
gentia autem contineri societatem homi-  
num, ac si unum quiddam sit, ex eo intel-  
ligi potest, quod cum aut vterq; aut alter  
altero non indiget, non permutant: ut cum  
eius, quod quis habet, alter indiget, verbi  
cauſa, vini, exportandi frumenti sit po-  
testas. hoc igitur ex aequali oportet. In per-  
mutationem autem futuram, si nunc non  
indiget fore eam, si indiguerit: nobis  
quasi sponsor est nummus. Oportet enim,  
hunc ferenti, licere id quod eget accipere.  
Idem

Idem autem accidit etiam nummo. neq;  
enim semper tantundem valet. stabilior  
tamen videtur esse. Quare oportet esse om-  
nibus rebus pretia constituta. Ita enim sem-  
per erit permutatio, & que eam consequi-  
tur, communicatio. Nummus igitur sym-  
metra omnia efficiens, adaequat. Neq; enim  
communicatio sine permutatione, neq; per-  
mutatio sine aequalitate, neq; aequalitas si-  
ne symmetria esse potest. Reuera igitur ea,  
que tantopere disita sunt, symmetra fieri  
non queunt, sed quantum ad usum satis  
est, queunt. Vnum igitur aliquid esse opor-  
teret, idq; hominum instituto, unde & no-  
misma vocatur. Id enim omnia efficie  
symmetra, cum omnia metiatur. Sit domus  
preium quinq; minae: lecti autem mina  
una: lectus igitur ipsius domus quinta pars  
erit. Quare constat, quot lecti domum exae-  
quent nempe quinq;. Hanc autem ante  
nummi usum fuisse rationem permu-  
tandi, perspicuum est. nihil interest enim,  
denturne lecti quinq; pro una domo,  
an quanti sunt lecti quinque. Quid igi-  
tur

ris ad-  
mali-  
jus  
di-  
ni-  
tel-  
alter  
cum  
verb  
In per-  
incus  
modi-  
nam,  
ipere.  
Idem

8  
d  
tur iustum iniustumq; sit, & mutua illa  
perpeſio, que & vītē tōvōs dicitur, que-  
madmodum ad iustum affecta sit, dictum  
est. His autem definitis, conſtar iustum  
actionem facienda & accipienda iniuria  
medianam esse. alterum enim est plus habe-  
re, alterum minus. Inſtitia autem medio-  
critas est: iniſtitia autem extreſorum.  
Et inſtitia quidem est habitus, ex quo iu-  
ſtus dicitur propensus ad conſulſio agen-  
dum id, quod iustum est, & ad ius tribu-  
endum, cum ſibi, ſi cum altero contrahat,  
cum alteri cum altero contrahentii, non ita  
ut ſibi plus eius, quod expetendum eſt, mi-  
nus autem alteri, & eius, quod noxiū  
eſt, contra, ſed & ſibi, & alijs id quod ad  
analogiam aequum eſt. Contra, iniſtitia  
ad id quod iniustum eſt. Id autem eſt, ni-  
mum & parum commodi & damni, non  
ſeruata proportione. Itaq; iniſtitia eſt ni-  
mum & parum: quia eſt & eius quod ni-  
mum eſt, & eius quod parum. In ſua qui-  
dem cauſa nimum ſibi tribuens eius  
quod ſimpliciter uile eſt: eius quod noxi-  
um

um est, parum. in aliorum autem negotio,  
generaliter quidem, eodem modo: disce-  
dit autem à proportione, nunc in hanc,  
nunc in illam partem. Iniuria autem  
minus extremum est iniuriam accipere:  
maius iniuriam facere. De iustitia igitur  
& iniustitia, quae utriusq; natura sit, irregq;  
de iusto & iniusto, hoc modo à nobis uni-  
verso disputatum sit. Quando autem fieri  
potest, ut quis iniustum quiddam faciat,  
nequidem tamen iniustus sit, quanam  
sunt illae iniuste actiones, quas qui susci-  
pit, iam iniustus est in uno quoq; iniusti-  
tia genere, ut fur, aut adulter, aut latro?  
an sic quidem nihil intererit? \* nam &  
fieri potest, ut quis cum muliere aliqua  
rem habeat, sciens, quanam ea sit, neq;  
tamen à suscepto sic agendi consilio, sed à  
libidinis motu actio illa tanquam à prin-  
cipio fluxerit. Ille igitur facit quidem in-  
iustum quiddam, neq; tamen iniustus est:  
ut neq; fur, & si furatus est: neq; adulter,  
& si adulterum fecit. eodemq; modo in  
ceteris. non est autem ignorandum, totam

C

hanc

banc questionem esse de eo iure quod simpliciter ius est, id est de iure ciuili. id autem est inter eos, qui vita societatem inierunt, ne quare ad viuendum necessaria egerent, liberi & aequales aut ad analogian aut ad numerum. Itaq; quibus hoc non est, eis inter se non est ius ciuile: sed ius quoddam, & tantum ex quadam similitudine ita vocatum. est enim ius inter eos, quos inter etiam lex. lex autem inter eos, in quibus iniustitia locus est. iudicium enim iusti & iniusti disceptatio est. In quos autem cadit iniustitia, ij etiam iniuste facere possunt. Id autem est plus sibi tribuere eorum, quae simpliciter bona sunt minus eorum, quae simpliciter mala. Quare non hominem imperare sinimus, sed rationem. quoniam sibi ipsi id facit, & efficitur tyrannus. est autem magistrus custos iuris. quod si iuris, & aequalitatis. Quoniam autem nihil ex eo videatur amplius consequi, si quidem iustus est: nego enim plus sibi tribuit eius, quod simpliciter bonum est, nisi sibi proportione debeatur.

sur ideo alij laborat: atq; propter eam causam aiunt iustitiam alienum bonum esse: ut & ante dictum est. Danda igitur ei aliqua merces, ea vero honor est & decus. Quicumq; autem ijs contenti non sunt, hi tyranni fiunt. Ius autem domini in seruos, & patris in liberos non idem est, atq; hac sed simile. neg, enim proprie dicitur iniustitia in ea, quæ sua cuiusq; sunt: Mancipium autem & filius usq; eodum adoleuit, se in etsq; sit, tanquam pars patris est. iam nemo est qui laderet se consulto velit. quare nullius in se ipsum iniustitia est. ergo ne iniuria quidem, neg, ius ciuile. lege enim constat, et in ijs est, qui eam naturam habent, ut inter ipsos communis lex esse possit. Eos autem esse dicebamus, quibus est inter ipsos imperandi et parandi aquilitas. Quare magis cum uxore, quam cum liberis et cum seruis, est iuris communitas. Id enim est ius & economicum: quod tamen ipsum quoq; aliud est à ciuili. Ciuale autem ius partim naturale est, partim legitimum. Naturale quidem quod ubicumq; terra-

rum idem valeat, non quod ita statutum  
sit aut secus. Legitimum autem, quod a  
principio quidem nihil interest, sic fiat, an  
secus: ubi autem constitutum fuerit, inte-  
rest. ut mina redimi captiuos, aut capram  
Ioui immolare, non oves, & quæ præterea  
de singulis rebus lege sanciunt. ut Brasidae  
sacra facere, & quacumq; populi suffra-  
gijs scita sunt. Videntur autem quibus-  
dam omnia talia esse. quia quod naturale  
est, immobile est, et quocumq; in loco ean-  
dem vim habet. ut ignis viri & hic &  
apud Persas. iura autem mutari videntur  
neg; tamen omnino id ita se habet: sed ali-  
qua tantum ex parte. quamquam apud  
deos quidem fortassis nulla ex parte ita se  
habet apud nos autem est quidem aliquid  
naturale mobile, non tamen omne. sed ni-  
bilo minus aliud natura valeat, aliud non  
natura. Quod autem eorum, quæ aliter  
habere se possunt, naturale sit, quodq; non  
natura: sed lege & consensu hominum  
valeat, etiam si utraq; peraque mutabilia  
sint, constat. eademq; distinctio etiam ad  
alias

alias res accommodari posse. *Natura*  
enim dextra manus fortior est: & si eueni-  
re potest, ut omnes homines aequa viragi  
manu vriantur. *Ea autem iura quae ex con-  
sensu, & utilitate nata sunt, similia sunt*  
mensuris. non enim omnibus in locis aqua-  
les sunt vini frumentig<sub>s</sub> mensura: sed ubi  
quidem emunt, maiores: ubi autem ven-  
dunt, minores. *Eodem modo, quae iura non*  
*naturalia, sed humana sunt, non quocumq<sub>s</sub>*  
*in loco sunt eadem. quando ne reipublica*  
*quidem status. et si unus vriantur est omni-  
bus in locis natura optimus. Vnumquodq<sub>s</sub>*  
*autem ius, et vnumquodq<sub>s</sub> legitimum ean-  
dem rationem habet, quam vniuersum*  
*ad singula. nam ea quidem quae aguntur*  
*multa sunt. illorum autem vnumquodq<sub>s</sub>*  
*vnum. vniuersum enim est. Differunt*  
*autem iniuria & iniustum: itidemq<sub>s</sub> si*  
*καιωμα, id est, iuste factum, & iustum.*  
*nam iniustum quidem est, aut natura, aut*  
*lege. id autem ipsum postquam factum est,*  
*iniuria est. prius autem quae fiat, nondum,*  
*sed iniustum. Similiter etiā δικαιωμα, sed*

C 3

ramen

10  
tamen commune nomen quo quicquid iuste factum est, vocatur potius iustitia  
iuste. iustitia autem proprie est correctio iniuriæ. Horum autem singula quas quotijs  
species habeant, & cuiusmodi versentur in rebus, posterius querendum erit. Cum  
iusta iniusta sint ea que diximus, tum  
demum quis iniuste agit, & iuste, cum ea  
sponte facit: at cum iniustus, neq; iniuste,  
neg; iuste facit, nisi casu, & ex consecu-  
tione quadam. ea enim agunt, quibus, ut  
iusta iniusta sint, accidit. iniuriam au-  
tem, & iuste factum id demum esse defi-  
niuimus, quod sponte sit. si enim sponte fa-  
ctum sit, tunc demum vituperatur, si  
mulq; iniuria est. Quare erit quidem ali-  
quid iniustum, neq; tamen iniuria, nisi  
illud quoq; adsit, ut sponte fiat. Sponte au-  
tem fieri dico, ut supra dictum est, quod  
quis eorum que in sua potestate sita sunt,  
agit, sciens, neq; ignorans, neq; quem,  
neg; quo quasi instrumento, neq; cuius rei  
caussa: ut quem verberet, & quo, & quam  
ob caussam. ait, eorum quodq; non ex con-  
secu.

secutione quadam, neg, per vim. vt si quis  
apprehensa alicuius manu aliū verberet,  
is cuius est manus, nō agit sponte. neg, enim  
in ipso situm est. Fieri autem potest, ut pa-  
ter sit is qui percutitur: qui autē percutit,  
sciat quidem hominem esse, aut esse ali-  
quem eorum qui adsunt, sed parrem esse  
nesciat. eademq, distinctio adhibita intel-  
ligatur, & in fine ad quem dirigitur actio,  
& in tota deniq, actione. Quod igitur  
ignoratur, aut non ignoratur quidem, sed  
in ipso situm non est, immo per vim fit, in-  
uite fit. Multa enim eorum etiam qua na-  
tura fert, scienter & agimus & patimur,  
quorum nihil neq, sponte nostra, neq, nobis  
inuitis fieri dicendum est: qualia sunt, se-  
nescere, aut mori. Ut autem iniusta, ita  
iusta quoq, multa sunt non proprie ac per  
se, sed ex quadam tantum consecutione.  
Nam & si quis inuitus ac meru deposit-  
sum reddat, neq, iustum facere, neq, iu-  
ste facere dicendus est, nisi ex euentu:  
& eodem modo is qui necessitate suba-  
ctus atq, inuitus depositum non reddit, ex

C 4

euentu

euentu tantum dicendus est iniuriam in-  
ferre, et iniustum facere. Eorum autem que  
sponte fiunt, partim capto prius consilio fa-  
cimus: partim non capto. ac capto quidem  
consilio ea, de quibus prius deliberaimus:  
non capto autem, cum deliberatio nulla an-  
tecessit. Cum igitur trium generum sint ea  
damna, quae in societatibus inferuntur: ea  
quidem, quae cum ignorantia coniuncta sunt  
vocamus errata: cum quis negat, scit quem  
negat, quid, negat quo instrumento, negat cuius  
gratia se quid facere putabat, id euenit,  
sed quod non putasset. exempli causa, non  
ut vulneraret, sed ut pungeret. aut non  
illum, aut non illo modo. Cum igitur pre-  
ter opinionem damnum illatum est, infor-  
tunium est: cum autem non preter opinio-  
nem quidem, sed tamen sine malitia, er-  
ratum. aberrat enim, cum in ipso est prin-  
cipium causa. infortunatus autem est,  
cum extra. Cum autem sciens quidem, sed  
nulla antegressa deliberatione, iniuria est.  
ut quacumque per iram aliosque omnes animi  
motus necessarios aut naturales eueniunt  
homini-

hominibus. Nam qui eis impulsi ledunt alii  
um, ac peccant, iniuriam illi quidem fa-  
ciunt: suntque talia facta iniuria, nondum  
tamē propterea iniusti, nego, improbi sunt.  
nego, enim damnum est per improbitatem  
datum. Qui autem capto consilio ledit,  
iniustus est, & improbus. Quocirca bene,  
quaē per iram facta sunt, non iudicantur  
facta consulto, non enim prior ledit, qui  
per iram facit, sed qui irascendi caussam  
dedit. Præterea vero, ne ambigitur qui-  
dem, factum sit, nec ne sit: sed an iure fa-  
ctum. Ira enim opinione iniustitiae com-  
mouetur. Nego, in ijs quae per iram facta  
sunt, in controuerſiam venit, factum sit  
nec ne: ut in contractibus, ubi necesse est  
alterum improbum esse, nisi oblii id faci-  
ant: sed cum de facto inter ipsos conueni-  
at, de iure tota contentio est. At qui con-  
ſulto, & cogitato aliquid fecit, non igno-  
rat. Quod si quis capto consilio alium la-  
dat, iniuriam facit & qui tales iniurias  
facit, iniustiam est, cum aut ab analo-  
gia discedit, aut ab aequalitate. Itidemque

C S iugis

iustus est, qui capto ita agendi consilio, id  
quod iustum est facit. Ut autem iustum ali-  
quid facere dicatur, satis est si sponte faci-  
at. Iam eorum, quae inuite fiunt, quadam  
venia digna sunt, quadam non sunt. Nam  
quae cunq; non inscientes tanum, sed eti-  
am per inscientiam peccant homines,  
ignoscenda sunt: quae autem non per insci-  
entiam, sed inscientes quidem, per ali-  
quam tamen affectionem animi neg<sup>o</sup> na-  
turalem neg<sup>o</sup> humanam, ignoscenda non  
sunt. Quod si satis iam distincte a nobis de  
accienda inferendaq; iniuria disputa-  
rum est, dubitare possit aliquis, primum  
quidem, sine ita, ut dixit Euripides, cu-  
ius illud est sane admirabile, & abhorrens  
ab opinione communi:

Ne multa :mater, & sua sponte, & mea,  
A me peremta est: aut sua, sed non mea.

Vtrum enim reuera fieri potest, ut  
quis suapte sponte accipiat iniuriam, an  
non potest? sed ut quis quis iniuriam facit.  
Sponte facit, ita quicunq; accipit, inuitus  
accipit? & nunquid, ut omnis iniuria  
sponte,

sponte fit, ita de accipienda iniuria universe alterutrum dicere possumus, aut omnem sponte accipi, aut omnem ab inuitis: an quædam sponte accipiuntur, quædam ab inuitis? eademq; dubitari possunt de ratione obtinendi iuris sui. Nam quisq; agit iuste, sponte agit. quare consentaneum est, eorum quæ utrig; opponuntur, similem esse rationem: ut aut & sponte accipiunt iniuriam homines, & sponte ius suum obtineant, aut utrumq; inuiti. Sed illud admirabile videri potest, si quisquis ius suum obtinet, sponte illud obtinere datur. sunt enim quibus ius suum non sane sua sponte tribuitur. Nam id quoq; dubium esse alicui posse, utrum quis iniusti aliquid perfert, ei fiat iniuria: an ut in agendo, sic in perpetiendo quoq; se res habeat? In utroq; enim potest aliquis ex euentu tantum quodam iusti particeps esse, similisq; iniusti ratio est. neg; enim idem est, iniustum aliquid facere, & iniuriam facere, neg; iniustum aliquid perpetrare, & iniuriam accipere.

idemq;

idemq; dicendum est de ratione iuste a-  
gendi, & obiinendi ius suum. Fieri enim  
non potest ut quis afficiatur iniuria, nisi  
sit qui iniuriam faciat: neg, ut quis ius  
suum obtineat, nisi sit qui iuste agat. Quod  
si iniuriam facere nihil aliud est, quam  
sponte aliquem laedere: sponte autem laedit,  
qui scit, & quem, & quo, & quomodo: in-  
continens autem sponte ipse se laedit, sequi-  
tur, ut & sponte accipiat iniuriam, & ut  
quis sibi ipsi iniuriam facere possit. est au-  
tem hoc quoq; unum ex ijs quae in questio-  
nem vocari solent: fieri ne possit, ut quis  
ipse se iniuria afficiat? præterea potest  
quis suapte sponte propter incontinentiam  
suam ab alio laedi, qui item sponte eum la-  
dat: ut sponte iniuriam accipere posse vi-  
deatur. An vero recta non est ea quam  
supra posuimus, definitio? sed ad illa:  
laedere ita, ut scias, & quem, & quo, &  
quomodo: addendum præterea est, præter  
eius qui laeditur voluntatem? laeditur ergo  
aliquis, et iniustum aliquid perfert suapte  
sponte: sed sua sponte iniuriam accipit  
nemo.

nemo. nemo enim id vult, ne incontinentis  
quiaem: sed prater voluntate suam agit.  
neg, enim vult quisquam, quod bonum  
esse non censer. at incontinentis id agit,  
quod agere non oportere iudicat. Qui au-  
tem sua dat: ut Homerus ait Glaucum de-  
disse Diomedi, aurea pro aereis, quæq; cen-  
sum bobus estimarentur, pro ijs que no-  
uem: ei nulla sit iniuria. In ipsis enim  
arbitrio est dare. iniuria autem affici non  
in ipso est: sed esse oportet, qui iniuriam  
faciat. iniuriam igitur sponte quidem non  
accipi constat. Restant duo explicanda ex  
ijs quæ proposuimus: Vter tandem iniuri-  
am faciat, isne qui preter dignitatem plus  
tribuit, an qui plus habet? & possene quis  
sibi meti iniuriam facere? nam si illud  
est, quod priore loco diximus, facitq; iniu-  
riam, non qui plus habet, sed qui tribuit:  
sequitur, ut si quis sciens, & sponte, plus  
alteri, quam sibi tribuat, iniuriam ipse  
faciat sibi. quod quidem moderati homines  
facere videntur. etenim vir bonus facile  
de suo iure decedit. An ne hoc quidem  
simplex

simplex est? fieri enim potest, ut alterius  
boni plus consequatur, ut gloriae, aut eius  
quod simpliciter honestum est. Præterea  
dissoluitur hoc ea, quam tradidimus, faci-  
endæ iniuria definitione. nihil enim pati-  
sur præter suam voluntatem. Quare iniu-  
ria non afficitur propterea: sed, si forte, lex-  
ditur solum. Constat autem iniuriam fieri  
ab eo, qui distribuit non semper ab eo, qui  
plus habet. neg, enim ut cuig, inest, quod  
iniustum est: is iniuriam facit: sed in quo  
inest sponte id facere: id est, unde est  
actionis principium: quod quidem est in  
eo, qui distribuit non in eo, qui accipit.  
Præterea, quando facere multis modis di-  
citur: & quodammodo etiam in anima in-  
serficiunt, & manus, & seruus eius qui  
mandauit: hec iniuriam quidem non fa-  
ciunt, etiam si res iniustas faciant. Præte-  
rea si quis ignorans iudicauit, non facit  
iniuriam, quod ad ius legitimum attinet,  
neg, iniustum iudicium est: sed tamen  
quodam modo iniustum. Aliud enim est  
ius legitimum, aliud primum. at si scirens  
iudicauit

judicauit iniuste plus ipse quoq; consequi-  
tur, dum aut amico gratificatur, aut ini-  
micum vlciscitur. Vi igitur si quis partem  
ferret eius quod iniuste tribuit: ita is quoq;  
qui ea in iudicando secutus est, plus habet.  
Nam & in illis, qui agrum adiudicauit,  
non agrum, sed pecuniam accepit. Homi-  
nes autem in sua potestate positum esse pu-  
tant iniuste agere: quo circa & facile esse,  
iustum esse. id autem secus est. Nam faci-  
le quidem est, & in ipsis situm, cum uxo-  
re vicini rem habere, & percutere alte-  
rum, & manu pecuniam dare: sed certo  
quodammodo affectos hac facere: neg, fa-  
cile est, neg, in ipsis situm. Eodem quoq;  
modo nullam magnam sapientiam putant  
esse, nosse quae iusta queq; iniusta sint: quia  
ea de quibus loquuntur leges, intelligere  
difficile non est. At ea iusta non sunt, nisi  
ex consecutione: sed ita demum iusta, se  
certo quodammodo fiant, et certo quodam-  
modo tribuantur. Id autem operosius est,  
quam quae salubria sunt, nosse. Nam illic  
quoq; mel, & vinum, & elleborum, &  
vftionem,

uptionem, & sectionem facile est nosse: at nosse quomodo hec ad sanitatem adhibenda sint, & cui, & quando, ita difficile est, ut medicum esse. Ob id autem ipsum etiam iusti hominis esse existimare nihilominus iniuste agere. quoniam nihilominus, ac magis etiam, potest iustus eorum unumquodq; facere. nam & rem habere cum muliere, & percutere. & vir fortis clypeum abiycere, & in fugam versus utramlibet in partem currere. At timide agere, & iniuste agere, non hec facere est, nisi ex consecutione: sed ea facere certo quodammodo affectum. Ut medicare & sanare, non, aut secare, aut non secare, aut medicamenta adhibere, aut non adhibere, est, sed certo quodam modo ea facere. In ijs autem iura locum habent, qui participes esse possunt eorum, quae simpliciter bona sunt quig; præterea eorum & plus & minus, quam sat est, consequi possunt. Nam alijs quidem nimium tribui non potest, ut fortasse dijs: alijs autem nulla eorum particula vulpis est, ut insanabilibus, & malis:

lis: immo eis obsunt omnia. alijs autem  
usq; ad aliquem modum. idq; humanum  
est. Sequitur ut de aequitate, & de aequo  
bono, quam rationem aequitas ad institu-  
am, quam aequum bonum ad ius habeat,  
differamus. Insufficientibus enim, neg;  
idem omnino. neg; aliud genere videtur.  
Arg; interdum quidem id, quod aequum  
bonum est, & eiusmodi hominem lauda-  
mus. Itaq; Graci nomen ἐπίκρισις, quod nos  
aequum bonum dicimus, etiam ad alia quæ  
laudant transferunt, & ἐπίκρισις vocant  
quod bonum est: & nomine ἐπίκρισις significant  
aliquid melius esse. Interdum  
autem rationem sequentibus mirum arg;  
absurdum videtur, si aequum bonum, cum  
sit quiddam diuersum à iure, laudabile  
est. aut enim ius bonum non est, aut ἐπίκρισις  
non est bonum, si aliud est: aut si virumq;  
bonum est, idem est. Hec igitur fere sunt,  
quæ de aequo bono dubitari solent. Quæ  
omnia quodammodo vera dicuntur. neg;  
inter se dissident. Nam & aequum bonum  
ita quodam iure melius est, ut ipsum

D

quodq;

quog<sub>s</sub> ius sit: neq<sub>s</sub> ita est iure melius, ut  
sit aliud quoddam genus. Idem igitur &  
ius est, & aequum. Cumq<sub>s</sub> ambo sint bona,  
melius est aequum bonum. Inde autem ori-  
tur dubitatio, quod aequum bonum, ius  
quidem est: non tamen ius legitimum, sed  
legitimi iuris correctio. Cuius rei h<sub>ec</sub>  
caussa est, quod lex omnis generalis est.  
quibusdam autem de rebus vniuerse &  
generaliter recte precipi non potest. Qui-  
bus igitur in rebus generaliter loqui ne-  
cessa est: id autem recte fieri non potest:  
accipit lex id, quod plerumq<sub>s</sub> fit, non illa  
quidem peccati nescia. ac nihilominus re-  
cta est. culpa enim non in lege, neq<sub>s</sub> in  
legislatore: sed in ipsa rei natura est. Iam  
enim talis est rerum agendarum materia.  
Cum igitur lex quidem vniuerse loquitur:  
accidit autem postea aliquid pr<sub>et</sub> gene-  
rale illud: tunc rectum est, qua parte pr<sub>et</sub>  
termisit aliquid legislator, atq<sub>s</sub> aberrauit,  
vniuerse loquutus, corrigere quod omis-  
sum est: quod & legislator ipse diceret, si  
pr<sub>es</sub>ens adesset, & si sciuisset, lege ca-  
uisset.

uisset. Quare ius quidem est, & iure alio  
quo melius. non tamen iure simpliciter  
sed ex peccato, quod ex generali sermone  
natum est. Atq; hac est natura equi boni,  
correctio legis, qua parte manca est, quia  
generaliter loquitur. Nam hac causa est,  
cur non omnia legibus comprehensa sint:  
quod de quibusdam lex ferri non potest.  
Quocirca psephismate opus est. Intermina-  
re enim rei interminata est regula: ut &  
adificationis Lesbia regula plumbea. nam  
transfertur, & inflectitur ad figuram la-  
pidis, neq; eadem manet, quomodo & pse-  
phisma, ad ea quae aguntur. Quid igitur  
sit aequum bonum, & quid ius, & quo iure  
melius, constat. Ex quo perspicuum etiam  
est, quis sit vir aequus & bonus. qui enim  
talia consilio sectatur, agitq; neq; sum-  
mum ius in deteriorem partem persequi-  
tur: sed de suo concedit, tametsi lex a se  
facit, aequus est: & habitus ille aequitas,  
qua iustitia quadam est, non alius aliquis  
habitus. Ecquid autem sibi meti ipsi aliquis  
iniuriam facere possit, nec ne possit, ex ijs

D 2      qua

que diximus, constat. Iusta enim sunt,  
que omni virtuti conuenientia legibus  
constituta sunt, exempli cauſa, lex non  
iubet quemquam sibi mortem conciſcere:  
que autem non iubet, vetat. Præterea, cum  
quis cui contra legem nocet, neq; viciſſim  
nocet, & ſponte nocet, iniuriam ei facit.  
ſponte autem, qui ſcit, & cui, & quomo-  
do. At qui ſe per iram interſicit, ſponte id  
facit, contra reclam legem, quod lex non  
ſinit. iniuriam igitur facit. at cui? an non  
ſibi, ſed ciuitati? ſponte enim patitur. in-  
iuria autem ſponte afficitur nemo. Quare  
etiam eum ciuitas multat: & ignominia  
quædam iniuritur ei, qui ſibi necem conſci-  
uit: ut qui ciuitatem iniuria afficerit.  
Præterea, qua ratione iniustus eſt is tan-  
tum, qui iniuriam facit, non qui omnino  
vitiosus eſt, fieri non potest, ut ſe quis in-  
iuria afficiat. eſt enim hoc aliud ab illo  
iniustitia genus: quo qui iniustus eſt, ita  
vitiosus eſt, ut ignavis: non ut qui omni  
vitio contaminatus eſt. Ne in hoc quidem  
igitur genere iniuriam facit ſequeretur  
enim,

enim, ut idem eidem simul & detrahi,  
& adiici possit. quod fieri nequit. sed sem-  
per in pluribus esse iustum, & iniustum  
necessum est. Praeterea, ut quis iniuriam fa-  
cere dicatur, & sponte faciat oportet, &  
capto consilio, & prior, qui enim quod sibi  
factum est, idem vicissim facit, iniuri-  
am facere non videtur. at qui ipse se laedit,  
eadem simul & patitur & facit. Deinde  
sequeretur fieri posse, ut quis suapte sponte  
acciperet iniuriam. Accedit, quod nemo  
iniuriam facit, quin certam aliquam iniuri-  
am faciat. at nemo cum uxore sua  
adulterium facit, nemo parietem suum  
perfodit, nemo sua furatur. Denig, dissol-  
uitur hoc, sibi quemquam iniuriā facere,  
ijs quae iam definita & constituta sunt de  
eo: possene quis sua sponte iniuriam ac-  
cipere. Constat autem, utrumq; malum  
esse. & accipere iniuriam & facere. al-  
terum enim est minus, alterum plus me-  
dio habere: quod quidem est, ut in medi-  
cina salubre in arte exercendorum corpo-  
rum bene habitum. Sed tamen peius est

D 3 iniuri-

iniuriam facere. est enim cum improbitate coniunctum, & vituperandum & aut cum improbitate absoluta, & proprie dicta, aut ei finitima. Non enim quicquid sponie fit cum iniustitia coniunctum est. at accipere iniuriam, sine improbitate & sine iniustitia est. Quare per se quidem minus malum est iniuria affici: ex consecutione autem nihil prohibet, quin si maius malum. sed de hoc ars non laborat. quin immo lateris dolorem maiorem morbum esse dicit, pedis offensione. Et si contra interdum euenire potest ex consecutione: si eueniat, ut is qui alicubi offendit, propriea quod ceciderit, capiatur ab hostibus & moriatur. Tralatione autem quadam & similitudine est ius quoddam non quidem alicui erga seipsum, sed paribus quibusdam ipsius inter se. neq; vero quodlibet ius: sed quale est, quo dominus in serum, aut pater familias in familiam suam uitatur. His enim rationibus distat ea pars animali, quae ratione pradita est, ab ea quae caret. quae intuentibus videtur esse aliqua iniustitia

iniustitia erga se ipsum. quod in ijs fieri  
potest, ut aliquid alienum ab appetitioni-  
bus suis perferat. Ut igitur imperanti, &  
parenti, sic his quoq; ius inter se quoddam  
est. De iustitia igitur, ceterisq; vir-  
tutibus moralibus hoc modo  
explicatum sit.

F I N I S.















enim, ut idem eid  
& adiūci posset. quo  
per in pluribus esse  
necessē est. Prētere  
cere dicatur, & spo  
capto consilio, & pr  
factū est, idem  
am facere non vide  
eadem simul & pa  
sequeretur fieri poss  
acciperet iniuriam.  
iniuriam facit, qui  
iniuriam faciat. at  
adulterium facit,  
perfodit, nemo sua  
uitur hoc, sibi quem  
ijs que iam definita  
eo: positne quis su  
cipere. Constat aut  
esse. & accipere in  
terum enim est mi  
dio habere: quod qu  
cina salubre in art  
ram bene habitum

detrahi,  
sed sem  
niustum  
riam fa  
riet, &  
uod sibi  
, iniuri  
se laedit,  
Deinde  
te sponte  
d nemo  
iam in  
ore sua  
n suum  
dissol  
facere,  
iam ac  
malum  
cere. al  
lus me  
n medi  
m corpo  
reius est  
iniuri-

the sca

05.15.00

U2 Rostock

038  
Serial No. TEE63

UTT

Scan Reference Chart

Image Engineering

